UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Scriptores de orthographia

### Keil, Heinrich

### Lipsiae, 1880

Orthographia Capri

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-2014

Visual Library

# ORTHOGRAPHIA CAPRI

p. 2239 P.

'Haec via quo ducit?' dicemus, non ubi. [cato] descendit dicimus, non discendit. interrogamus 'quo die' vel 'qua hora solet ire foras' et 'esse foris?'

Eiecti in litus dicamus, delati in portum.

Intro imus vel inrumpimus, intus sumus.

Vado ad grammaticum vel ad medicum, disco apud istos dicendum.

In profundum nummi et in arcam conduntur. invehor et iocor in Marcum, incidit in manus meas inimicus, et in manus aquam poscimus. veteres autem aquam manibus pedibusque dixerunt. in mentem venit, non in mente.

Oblitus ne sis nostri, non nos: veteres tamen et hoc modo dixerunt: et invideo tibi divitiis, non divitias.

Comesor comesa comesum uti dicas, messor messura messum.

---

*M codex Montepessulanus 306*
*B codex Bernensis 330*
*C codex Bernensis 338*
*c eiusdem codicis corrector*
ϛ *editiones antiquissimae ex editione Veneta Nicolai Iensoni expressae, ex quibus pauca adscripta sunt*
*p editio Putschii, ex qua item pauca adscripta sunt*

INCIPIT HORTHOGRAFIA CAPRI *M* INCIPIT ORTOGRAFIA CAPRI *BC* CAPRI VETVSTISSIMI AC ILLVSTRIS GRAMMATICI DE ORTHOGRAPHIA ET LATINITATE VERBORVM LIBER INCIPIT ϛ Flavii Capri grammatici vetustissimi de Orthographia libellus *p* 1 dicemus *priore loco MC* dicimus *Bc. hexametrum versum posuisse videtur grammaticus*, haec via quo ducit dicemus, non ubi ducit. *nam* cato, *quod seclusi, ex graeca interpretatione* κάτω *ortum esse puto* 2 non discendit *Bc* non discedit *MC* interrogemus *M* et interrogamus *B* et interrogemus *C* 4 eiecti *M* iactati *B et in rasura C*, iacti ϛ 6 vel ad medicum] et ad medicum *B* 7 conduntur et inuehor *BC* in marcum *MC* in marco *Bc* 9 autem] et *p*, *om. BC* 12 diuitiis non diuitias *MC* diuitias non diuitiis *Bc* 13 comesor comesa uti dicas mesor mesura mesum *M* commestor commesta commestum uti dicas mestor mesta mestum scribis *B*
t t t t ta t
comessor comesa comessum ut dicas mesor mesura messum scribis *C* commessor et commessa uti dicas messor messura messum scribes ϛ commestor et commesta commestum uti dicas, mestor mesta mestum scribis *p*

p. 2239. 40 P.

Sevi messem, non serui dicendum.

Pulchrum cum h scribendum, sepulcrum sine h.

Cella penaria, non pinaria dicendum.

Praecoqua dicendum, praecocia deridendum.

Peperaria mola non dicendum est, sed piperaria

Thesaurum sine n scribendum, non thensaurum et cetera.

Misertus mei per genetivum dicimus, at per accusativum miseratus me.

Pecto caput, non pectino, et pexum, non pectinatum. sic et ‘pexi memet hodie’ et ‘pectam cras’. sic nexi a necto.

Ructo et nausio dicendum, quamvis quidam veteres ructor et nausior dixerint. non egeo, non eges, non eget dicendum, non autem egeor et egeris.

Dico me victurum, dico illum victurum, non vinciturum. sic quoque ficturum et picturum dicendum, non pinciturum.

Fido mihi, confido tibi, et fidimus nobis, | confidimus vobis. sic fidere media correpta. nam si esset fideo, ut tepeo rideo, faceret fidere, ut tepere ridere.

Sordet acet anet floret calet squalet aret splendet viget, haec perfecta sunt; at inceptiva sordescit acescit anescit florescit calescit squalescit arescit splendescit vigescit.

Suffragor, non suffrago. sic suffragatus sum, non suffragavi.

---

1 Sevi — 2 sine h *om.* *BCςp*, *add.* *M* 3 cella penaria non pinaria dicendum *Bc* cella pinaria non penaria dicendum *C* cella penaria (*corr.* pinaria) dicendum *M* 4 praecoqua] praequoqua *M* precoca *BC*. praecox et praecoqua *Nonius p. 150, 18* praecocia] praecotia *MC* precotia *B*. *fortasse* praecoctia 5 peperaria mola non dicenda est sed piperaria *M* pepiraria (pepiralia *B*) mala non dicendum est sed piraria *BC* pepiraria mola dicendum non est, sed piraria *p* 6 Tesaurum[h] sine n scribendum et non thensaurum et cetera *M* Thesaurum sine n scribendum et cetera *B* thesaurum sine n et cetera *C* 7 dicimus at per *M* dicendum per *BC* 8 sic pectam memet hodie et pectam cras *M* sic et pexi memet et pectam cras *BC* 10 ructo et nausio *M* Eructo (E *ras.*) et nausio *B* et ructo et nausio *C* et ructo et nauseo *ς* ructor et nausior dixerint *M* dixerunt ructor et nausior *BC* dixerunt ructor et nauseor *ς* 13 dico me uicturum dico illum uicturum uel uicturum non uicturum[ti] et picturum dicendum non picturum[ti] uel picturum *B* dico me uicturum dico illum uicturum non uictiturum[uel uincturum] non piciturum[uel pincturum] (*corr.* pictiturum) *C*. *dedi scripturam codicis M*, *quae ita videtur emendanda esse,* dico me victurum, dico illum victurum, non vincturum. sic quoque ficturum et picturum dicendum, non fincturum et pincturum 16 tepeo rideo] torpeo sordeo *C* fidere ut tepere ridere Sordere. sordet acet anet floret squalet splendet uiget aret haec perfecta sunt at inceptiua sunt sordescit acescit anescit florescit squalescit splendescit uigescit arescit *B* fidere tepere sordere sordet annet floret scalet (*corr.* squalet) splendet uiget aret haec perfecta sunt at inceptiua sunt sordescit accessit annescit florescit squalescit splendescit uigescit arescit *C* 19 sordescit] sordes *M*

p. 2240 P.

Eventura mihi praesago praesagis praesagit, nos praesagimus, vos praesagitis, illi praesagunt.

Hic pecten, hic lien, hic rien, sic tibicen fidicen liticen dicendum. praeses praesidis facit.

Ambos et duos accusativo dicimus, ambo et duo nominativo.

Acer inermus infirmus faciunt pluraliter acri inermi infirmi. at acris inermis infirmis in plurali numero faciunt acres inermes infirmes. sic hilarus hilari facit, hilaris hilares.

Nostri nostrorum nostrum venit a nos: sic vestri vestrorum vestrum venit a vos.

Vas vasis facit genetivo singulari; et dativo plurali vasis facit, non vasibus, et genetivo vasorum, non vasuum.

Odea musea serapea isea mausolea caducea dicendum.

Non est sorbo, sed sorbeo, nec sorbsi, sed sorbui. sic et absorbui, non absorbsi, ut Lucanus.

Coactus, non coctus dicendum. abscondi, non absconsi. sic et absconditus, non absconsus dicendum, et lassatus, non lassus.

Alter e duobus, unus e tribus vel pluribus.

Descendi in solium maius, non maiorem.

Bina ac trina dicenda sunt quae sunt semper pluralia, ut 'binos ludos plerumque spectavimus uno die'; sic trinos circenses.

Fruitus sum illa re: veteres dixerunt 'fruitus vix illam rem'.

---

1 praesago — praesagunt] *immo* praesagio — praesagiunt: *cf. Priscian. l. VIII p. 397, 3* praesagio et praesagior, *Beda p. 2795* praesagio praesagis praesagiunt 4 facit *om. BC* 5 Ambos et duos (in *add.* c) accusativo Ambo et duo (in *add.* c) nominatiuo *C* Ambo et duo in nominatiuo ambos et duos in accusatiuo *B* 6 Acer inermis infirmus facit (*corr.* faciunt) pluraliter acerrimi infirmi at acris inermis infirmis pluralem (*corr.* -les) faciunt acres inermes infirmes sic hilarus hilari facit hilaris et hilares *C* Acer inermis infirmus faciunt acres inermes infirmes sic hilarus hilari facit hilaris et hilares *B* 9 sicut uestri *B* 11 Uas uasis facit non uasibus et uasorum uasis genetiuo singulari Odea *M* Uas . . (uas . . . *corr.* uasa *C*) uasis facit non uasibus et uasorum non uasuum uasis facit genitiuum singularem et datiuo plurali uasis genitiuum uasorum Odea *BC*. vasuum, *quod ex BC recepi, legitur in codice Charisii p. 146, 24. an* vasum? 13 serapia *BC* issea mausolia *C* cauducea *M* 15 ut] et *BC* Lucanus] *Pharsal. IIII 100* absorpsit penitus rupes, *quo exemplo usus est Priscianus l. IX p. 491, 14* 16 Abscondi non abscondidi absconditus non absconsus *excerpta Montepessulana.* abscondidi *defendunt Priscianus l. X p. 516, 11 et Nonius p. 75, 21,* abscondor absconsus et absconditus *Diomedes p. 375, 25* sic *om. BC* 17 dicendum et lassatus non lassus *om. BCςp, add. M* 18 alter de duobus unus ex pluribus uel tribus ς e tribus vel pluribus] e pluribus uel tribus *MBC* 19 in solium discendi (*corr.* descendi) maius *C. fortasse* ascendi in solium maius non in maiorem *M* 20 Bina — circenses *om. BCςp, add. M* 21 expectauimus *M* 22 fruitus sum illa re ueteres dixerunt, fruitus nos illam rem ς fruitus sum illam rem ueteres dixerunt non fruitus illa re *p* fruitus uix illam rem *M* fruitus uex illam rem *C* non fruitus sum illam rem *Bc*

p. 2240. 41 P.

Somnio dicendum, non somnior, et somniavi, non somniatus sum.

Illud scamnum dicendum, at ipsum, non ipsud. pauper vir et mulier dicendum, non paupera mulier.

Graeca nomina, ut Phryne et phalanx et Phronimus, per p et h scribenda: | latina, ut fallere et facile, per f scribenda.

Cum, si praepositio erit, per c scribendum; si adverbium temporis aut causale, per q.

Omnia adverbia numeri sine n scribenda sunt, ut milies centies decies: quotiens totiens per n scribenda sunt.

Nullum pronomen per t scribitur, sed per d, ut quid dicis? quid agis? quid scribis? quid facis? per t autem, verbum ubi erit, scribitur, ut inquio inquis inquit, eo is it, et adverbium numeri, ut quot tot, et monoptoton, ut lact: licet quidam negent illud nomen muta posse finiri, et ideo dicant lacte esse dicendum, non lac aut lact. ad praepositio per d, at coniunctio per t scribi debet.

Exsul cum addito s scribendum est etymologiae causa, a solo quoniam venit.

Formosus sine n scribendum est ab etymologia, quod est a forma. nactus uno n scribendum, at nanciscor duobus.

Quicquid in priore syllaba per c litteram scribendum, quoniam d

---

1 Somnio non somnior dicendum est *C* dicendum est *B* 2 Illud scamnum — paupera mulier *om. BCςp, add. M* at] et *M* 3 paupera mulier] pauperam *M* 4 Graeca nomina ut phirne phalanx Phronimus phalerae per p et h latina ut facile per f scribenda sunt ς phyrine et phallanx et phronimus *M* chrynae et phalanx et phronimus *B* chrinae et phlancx ut prohronimus (*corr.* phronimus) *C* scribenda sunt *utroque loco BC* 5 fallere et facile *BC* falerae facile *M* 6 Cum — per q *om. C*, si praepositio erit cum per c scribendum si aduerbium temporis aut casuale per q *B* 8 Omnia aduerbia numeri sine n scribenda sunt ut milies centies decies quoties toties (*om.* per n scribenda sunt) *M* Sine n scribenda sunt milies centies deties 7 quotiens totiens cum scribitur per n scribenda sunt *B* sine n milies centies decies
n n cum
quoties toties scribitur per n scribenda sunt *C. fortasse* at quotiens et totiens cum scribimus, per n scribenda sunt 10 Nullum — facis] Per d scribitur quid dicis quid agis quid legis quid scribis quid facis *B* Quid quid agis quid scribis quid facis per d *C* 11 verbum ubi erit] ubi uerbum fuerit *C* 12 eo is it aduerbium numeri tot quot *BC* 13 licet quidam negent] plurimi negant *BC* posse finiri muta *C* 14 dicunt lacte esse dicendum non lac aut lact *M* lacte dicunt esse non (non esse *C*) lact aut lac *BC. cf. Priscian. l. VI p. 212, 4* lac lactis, quod antiquissimi etiam hoc lacte protulisse inveniuntur teste Capro 16 cum s addito *C* a solo quo uenit *M* a solo quo uersatur *BC* a solo quod uertit ς 18 Formosus sine n scrib' ethimologia quod est forma *B* formosus per n scribendum est ab ethimologia quod est a forma *C* Formosus sine n scribitur ab aetymo quod est forma ς 19 nactus] *Priscian. l. X p. 513, 7* nanciscor etiam nactum facit absque n, ut Probo et Capro et Pollioni et Plinio placet scribendum nanciscor duobus n *B* scribendum est nanciscor duobus n *C* 20 Quicquid in priore syllaba c littera in secunda per d scriben-

p. 2241 P.

dividit in duas voces. sic quanquam *in* priore syllaba n habere debet, non m, ne similiter duas esse voces ostendat.

Atqui caret n, similiter alioqui.

Hau dolo per d recte scribitur. etenim d inter duas vocales esse debet. quod si consonans sequitur, d addi non debet, ut hauscio.

Narro narratio per duo r, querela loquela per unum l.

Mas erit in positione, in diminutione masculus, non, ut quidam putant, mascellus.

Pronomina nostrum ac vestrum si *in* scriptura dividenda sunt, s littera posteriori syllabae applicari debet, quoniam sequens littera t muta est. sic, si maiestas scribis, stas in diductione vocis esse debet, non tas. sic in similibus.

Tunc temporis adverbium est, tum ordinis. τοῦ tunc antitheton est nunc, τοῦ vero tum antitheton est cum.

Modo praeteriti est temporis, et ideo dicendum ‘modo scripsi’, ‘modo feci’, non ‘modo scribo’, ‘modo facio’; quamvis quidam veteres et praesentis putaverint.

Circiter ad numerum refertur, circum ad locum, circa ad tempus [quod est κύκλῳ]. ergo dicimus circumisse nos urbem, non circaisse.

Superest restat significat, superat eminet, ut ‘superant capite et cervicibus altis’. item ‘egressi superant fossas’, transiliunt vel

---

dum quoniam d ınter duas uocales diuidit sic quanquam prior syllaba n habere debet non m ne similiter duas esse uoces ali$^{o}$qui ostendit *B* Quicquid in priore syllaba c littera scribendum (*corr.* -da) est non d quoniam d diuidit inter duos uocales sic quāquam prior (*corr.* quanquam prior syllaba) n habere debet non m ne similiter (*corr.* similis) duas esse uoces ostendat *C*

1 diuidit inter duas uoces sic quanquam prior syllaba *M* 3 careat *BC* 4 haud olo per d recte scribitur *M* haud dolo sic recte scribitur *Cςp* haud dolo sic alioqui recte scribitur *B*. *rectius erat* hau dolo per unum d recte scribitur, *nisi potius* haud aliter *scriptum erat, quod ex Vergilii versu Aen. VIIII 65 Marius Victorinus p. 15, 24 adscripsit.* hau dicam dolo *legitur Plaut. Trin. I 2, 53* etenim — hauscio Narro *om. Bp, add. MCς* debet esse *C* 5 hauscio *C* haut scio *M* haustio ς 7 in *priore loco om. M* masculus in diminutione *BC* putant *om. BC* 9 Pronomen nostrum ac uestrum si scriptura diuidenda sit *MBC*. *an* in pronomine nostrum ac vestrum si scriptura dividenda sit? 10 quoniam s litteram sequitur t muta *BC* 11 in diductione *p* in deductione *MC* in declinatione *B* debet esse *BC* 13 Tunc temporis aduerbium tum ordinis Sleto (soetoi *c*) est tunc anteton ē nunc Soetoi uero tum anteton est cum uel quum *Bc* Tunc temporis aduerbium tum ordinis CɑNTɑ. C tunc attietonem nunc .Cɑ.N. Quin *C* τοῦ] CωNTωY *utroque loco M* 15 temporis est *BC* 16 modo *ante* facio *om. BC* et praesentia putauerint *MBC* in praesentia putauerunt ς 18 Circum ad locum (loca *M*) circa ad tempus *MBc* circa ad locum circum ad tempus *C* 19 KYKɑΛω *M* KYKɑω *B* circaisse] circa.se *B* circasse *C* 20 superant] *Verg. Aen. II 219* 21 altis egressi. Item superant *BC*: *Verg. Aen. VIIII 312* transiliunt *M* transeunt *BC*

p. 2241. 42 P.

evadunt significat: ‘casus superaverat omnes’ pro evaserat: | ‘captae superavimus urbi’ pro superviximus: ‘superent quibus hoc, Neptune, dedisti’ pro vincant:

amissa solus palma superabat Acestes

pro restabat.

Spectabat. spectare θεωρεῖν erit, expectare sine s ἀναμένειν.

Demitte est deorsum mitte, dimitte ἀπόλυσον absolve: dismitte non dicas.

Fidus amicus erit; famulum fidelem dicito.

Coram illo dicendum, non palam illo. nam palam ad multos refertur: ‘palam factum est’ de multis habet significationem, etiamsi hoc veteres variaverint.

Cognoscimus ignota et invisa, agnoscimus quae nobis exciderant.

Illius similis ad mores refertur, illi similis ad vultum.

Clipeum ἀσπίδα, clupeum ornamentum dices.

Vorsus paginae dicetur, versus participium est a verbo vertor.

Alias temporis est adverbium, quod Graeci ἄλλοτε *dicunt*, aliter ἄλλως.

Cilo est capite angusto, cui hoc contigit in partu; chilo modum labiorum excedens.

Collactaneus est eisdem mammis educatus, collacteus qui ex uno

---

1 casus] *Verg. georg. IIII 485* euaserat humano | mos loquitur captae *B.* humanū os loquitur *post* euaserat *superscriptum est in C*, euaserat humanos loquitur captae *p* captae] *Verg. Aen. II 643* 2 superent quibus *C* Item superent quibus *c* Item superant quibus *B* superent his quibus *M*: *Vergil. Aen. V 195* 4 amissa *C* item amissa *Bc* missa *M*: *Verg. Aen. V 519* 5 pro restaurabat *B* 6 Spectabat spectare theoreon erit expectabat expectare sine s ꙅΥΡΕΙΝ *M* ΘΕΟΡΕΙΝ (erit *add. C*) expectare ΑΝΑΜΕΝΕΙΝ id est uenturum sperare *BC* Spectare per s expectare per x ς Spectare per s θεωρεῖν, expectare ἀναμένειν id est venturum sperare *p*: *cf. Verg. georg. IIII 367* spectabat diversa locis 7 Demitte] *Verg. georg. IIII 542* et sacrum iugulis demitte cruorem dimitte — absolve] dimitte ΑΝΑCCΟΝ ΑΠΟΛΙCΕΝ absolue *M* dimitte ΛΝΑCΚΟC id est laxa *BC* dimitte ἀνάδος id est laxa *p* 9 Fidus *Verg. Aen. I 113* fidumque vehebat Oronten famulus fidelis dicito *BC* 10 Coram illo] *Verg. Aen. I 595* coram quem quaeritis adsum 11 est *om. B* uariauerunt *BC* 12 Cognoscimus] *Verg. Aen. VIII 155* accipio agnoscoque libens ignota] ignorata *BC* quae a nobis exciderant *M* 13 ad maiores *corr. al. m.* ad mores *B* 14 Clipeum ΔΠΥΑΑ *BC* Clypeum ΑΠΥΩΑ *M*: *Charis. p. 77, 20 Serv. in Verg. Aen. VIIII 709* 15 pagina dicitur *M* 16 Alias temporis est aduerbium quod graeci ΑCΩΤΕ aliter ΑΛΩC *M* Alias temporis aduerbium est quod greci ΑΛΑDΩ aliter ΛΛΩΔΟC *B* Alias temporis aduerbium est quod greci aladocte (*corr.* aladote) aliter alados *C.* alias pro aliter Terentius in Andria *(III 2, 49)* ‘quid alias malim quam hodie istas fieri nuptias’, ubi Fl. Caper de latinitate ‘non ausim adfirmare pro aliter dici’ *Charisius p. 194, 29* 17 Cilo] cylo *M* chilo *BC* contingit *MB* contiguit *C* chilo] chylo *M* hilo est *BC* 19 Collactaneus] Collectaneus, *sed* ec *ras. B* collacteneus qui ex uno *M* conlactaneus qui ex uno *B* collactaneus (n *superscr.*) qui ex uno *C* collacteus est qui uno ς collacteus quia uno *p.* conlactaneus dici debet: nam collacteus nemo dicit *Charisius p. 82, 12*

p. 2242 P.

eodemque lacte creatus est. lactens qui lacte alitur, et lactans qui decipit: lactens lacte abundans, ut 'lactentes ficus', Lucilius 'lactentia coagula cum melle bibi'. lactea candida, ut 'lactea laudas brachia' Horatius dicit.

Suscipimus ad animum et mentem refertur, ut 'susceptum perfice munus'. succipimus corpore, ut 'succipiunt famulae conlapsaque membra'. suspicimus aliquem venerantes.

Accidere aliquid adversi dicito, contingere aliquid pulchri.

Quamdudum interrogantis est, iamdudum respondentis.

Cals dicendum, ubi materia est, per s; at cum pedis est, calx per x.

Mihi dativus est, mi vocativus.

Invidus est qui invidet, invidiosus qui invidiam sustinet.

---

1 lactens est qui lacte alitur lactans qui decipit lacteus lacte habundans uelut lactenteas ficus Lucilius (li *in rasura*) dicit Lactentia coagula cum melle Lactea candida ut lactea laudas brachia Horatius (at *ras.*) dicit *B* lactens est qui lacte alitur lactans qui decipit lacteus lacte habundans uelut lactente[a]s[v] (*deleto* s) ficos Lucilius[dic̄] lactentia coagula cum melle Lactea candida ut lactea laudas brachia Horatius[dic̄] *C* Lacteus qui lacte alitur lactans qui decipit lactans qui lacte abundat ut lactantis ficus Lucilius lactantia coacla cum melle bibi lactea candida sunt ut lactea laudat brachia dicit Horatius ς lactens qui lacte alitur, lactans qui decipit, lacteus lacte abundans, velut lacteas ficus; Lucillius lactentia coagula cum melle bibi. lactea candida sunt, ut lactea laudat brachia dicit Horatius *p. retinui corruptam codicis M scripturam, quae in hunc fere modum corrigi poterat*, lactens qui lacte alitur, lactans qui decipit, lacteus lacte abundans; veteres tamen et lactens dixerunt, ut Ennius lactentes ficos, Lucilius lactentia Coa *sqq. nam* lacteus lacte abundans *ad Verg. georg. II 524* ubera vaccae lactea demittunt *pertinere potest. cf. Serv. in Verg. georg. I 315* et sciendum inter lactantem et lactentem hoc interesse, quod lactans est quae lac praebet, lactens cui lac praebetur   lactens qui] lacteụ[n]s qui *M*   2 lactentes ficus] *Charis. p. 128, 31* fici Ennius, 'fici dulciferae lactantes subere toto'   lactentia Coa Clam cum melle bibi *Ianus Dousa Lucil. rel. inc. 103 p. 13*   3 lactea] *Horat. carm. I 13, 2*   5 Suscipimus et ad animam et ad corpus refertur ad animam ut (est *add. c*) susceptum perfice munus ad corpus ut est suscipiunt famulae conlapsaque menbra suscipimus aliquem uenerantes *B et ut videtur c in margine, quamquam in hoc abscisis litteris non omnia apparuerunt*, suscipimus corpore suscipiunt famulae conlapsaque membra suscipimus aliquem uenerantes *C* Suscipimus ad animum et ad corpus refertur, ad animum, ut susceptum perfice munus, ad corpus, ut suscipiunt famulae collapsaque membra. suspicimus aliquem venerantes *p. cf. Vel. Long. p. 2226* aliud est enim amicum suscipere, aliud aquam succipere   susceptum] *Verg. Aen. VI 629*   6 succipiunt] *Verg. Aen. IIII 391*   8 Accidere aliquid aduersi contingere aliquid pulchri dicito ς   aduersi aliquid *B*   aliquid pulchri] aliquid pulchrum *M* pulchrum est *BC*   10 Calcs dicendum ubi maceria est per sc ς Calcs dicendum ubi materia est per cs *p*   Cals *MC* Clas *B*: *cf. de dub. nom. p. 574, 7*

p. 2242. 43 P.

Terga hominis tantum, singulariter tergum facit. quadrupedum erit tergus, pluraliter tergora, id est coria. tegus quoque invenio dici et esse eius plurale tegora.

Noctu temporis est adverbium; nocte nomen est. ‘noctu’ dicimus ‘cenavi’: ‘hac nocte’ dicimus ‘nihil brevius’.

Commoda χρῆσον, id est praesta; accommoda apta ἀπὸ τοῦ ἁρμόζειν, id est coaptare.

Olea arbor est, oliva fetus, oleum liquor. |

Flemina sunt, ubi abundant crura sanguine; plemina, cum in manibus vel pedibus callosi sulci sunt.

Vortex fluminis est, vertex capitis.

Licet ἐξόν, liquet δῆλον προφανές [apertum vel manifestum].

Pauperies damnum est, paupertas condicio ipsa.

Foedus sancitur religione, at sponsio poena est.

Mammas esse hominis scito, at pecudis ubera.

Bucina erit tuba, qua signum dat bucinator; bucinus ipse canor editus ex hac.

A patria patrium dices, a patre paternum.

Precor prospera, inprecor taetra.

Dum manat, sanguis est; effusus vero cruor erit.

Sumimus ipsi, accipimus ab alio. sic cum dabimus, dicendum ‘accipe’; cum permittimus ipsi tollere, dicendum est ‘sume’.

Pone loci adverbium est, post temporis, postsecus omnino nihil est.

Barbam hominum, barbas pecudum dicimus.

---

1 hominis tantum singulariter tantum tergum *M* tantum] tanta *corr.* tantum *B* 2 tegus quoque *M* tergus quoque *BC* 3 tegora *M* tergora *B* tergura *C*
6 Commoda id est KOONIKON id est presta accommoda apta ∂ΠΟΤΟ∂ΡΜΟΖΙΝ id est coaptare *M* Commoda XPONIKON acomoda apta ΛΠΟ ΤΟΥ ΛΘΛΛΟΖЄΝ *B* commoda id est χρῆσον accommoda (acq^c^uomoda *C*) apta *cum Putschio C*
8 Olea arbor est oliua foetus *Bc* olea arbor est olea foetus *C* oliua arbor est olea fetus *M* 9 sunt *post* flemina *om. C* 12 Licet ЄΖΟΝ liquet ΔΗΛωΝ ΤΥΡΥΜΗ apertum uel manifestum *M* licet e.zon (*una littera post* e *deleta*) liquet ΛΝΔΟΝ ΠΡΟΡ∂ΝЄC *C* licet ἔστω liquet δῆλον προφανές *p*, *om. B*ς 13 condicio ipsa] ipsa conditio *MBC* 14 Foedus — poena est *om. B* 15 *fortasse* mammas esse hominis, pecudis scito ubera tantum pecudis *M* pecoris *B* peçcoris *C* 17 editus ex hac *M* ex hac editus *BC* 18 patrium dicis a patre paternum a patria *C* 19 Precor — taetra *om. B* 20 dum manat *c* dum manet *C et codices Bedae p. 2801,* dum emanat *M* Cruor dum manet *B* cruor erit *M* cruor fit *BC* 21 Accipe cum tradimus, cum permittimus sume *excerpta Montepessulana* cum damus *B et Beda p. 2802* dicendum est accipe — dicendum sume *BC* 23 postsecus omnino nihil est *M* possecus omni^no^ nihil est *C* possecus nihil est omnino *B*. postsecus ὄπισθεν *glossae Philoxeni* 24 dicimus] dicas *C*

p. 2243 P.

Calva *κρανίον* vocatur, licet Gellius et Varro calvariam dicant. nam calvariae plurale est. calvae vero ossa, quae sunt et singulariter calva.

Vultus mutatur, facies manet.

Maestum animo, tristem aspectu dices.

Protenus per e adverbium locale est, id est porro tenus, ut 'cum protenus utraque tellus Vna foret'. protinus per i adverbium temporale est, id est statim, ut

protinus Aeneas celeri certare sagitta.

quatenus per e adverbium est, quatinus per i coniunctio causalis, ut si dicas 'quatinus hoc sine plagis non facis, en tibi plagas'. adverbium autem est quatenus aut temporis [interdum] aut loci: temporis, cum dicimus 'quatenus hos mores exercebis'; loci, cum dicimus 'quatenus ibimus'.

Esse *φαγεῖν*, id est [in unum] manducare.

Buxus arbor est, buxum autem materia ipsa.

Hic malus navis, haec malus frugifera arbor.

Pinnas murorum, pennas avium dicimus.

Laserpicium florem dicimus, at caulem laser aiunt.

Exprobrat qui commemorat quae praestitit, obprobrat qui obprobrium obiectat, hoc est vitium.

Scorpio bellica res, at scorpius animal.

Adulescens nomen, adolescens participium.

Primo pedatu, non pidato dicendum.

---

1 Calva — 2 singulariter calva *post* Vultus — 4 dices *habent BC*ϛ Calua ΚΑΡΑΝΙΟΝ (Caluic kapanion *B*) uocatur licet et celius et uarro *BC* Calua uocatur*passam̄ uel canmon licet celius et uarro *M*. *Gellii nomen restituit H. Peterus vet. hist. Rom. rel. p. CCXXXIV coll. Charis. p. 55, 7. 139, 2 Priscian. l. VII p. 318, 4* dicant] uocant *corr.* dicant *B* 2 vero *om. BC* calva] caluaria *BC* 5 id est porro tenus cum protenus hoc est porro tenus utraque tellus *BC*: *Verg. Aen. III 416* 6 adverbium *ante* temporale *om. BC* 7 ut *om. BC* 8 protinus] *Verg. Aen. V 485* 9 per e aduerbium quatinus — causalis est ut *M* 10 aduerbium est autem (autem *om. C*) quatenus aut temporis aut loci interdum temporis cum dicimus *BC* 14 Esse — manducare] ΕΦΑΓΗ in unum manducare *M* ΗΘ pate ēē id' in unum manducare *B* esse id est in unum manducare *C*: *cf. Verg. Aen. IIII 66* est mollis flamma medullas, *Diom. p. 386, 29* 16 Hic malus arbor nauis haec malus frugera arbor *M* 18 Lasarpiceum florem dicimus at caulium laser aiunt *M* Laser piceum florem (dicimus) At calleum (*corr.* cauleum) dicimus *B* Lasser piceum florem aut cauleum *C* Laserpitium florem, at caulem laser dicimus *p* 19 Exprobat *B* Exprobrat qui commemorat quae praestitit, adprobat qui probrum obiectat *excerpta Montepessulana* quae] quod *BC* 20 obiectat] obicit *BC* 21 Scorpio bellica res est id est sagitta at scorpius animal *BC* 22 aduliscens *priore loco M* nomen est — participium est *BC* 23 Primo· pedatu non pidatu (*corr.* -to) dicendum *M* Primo pedato non pidato dicendum *BC*: *cf. Charis. p. 215, 20 Non. p. 64, 17*

p. 2243. 44 P.

Ne quidem fieri potest non dicendum, sed ne fieri quidem potest, ut disiunctum sit. |

Vir praetorius et quaestorius, non praetoricius aut quaestoricius dicendum.

Pulchra liburnica dicendum, non pulchra liburna.

Vae dativus et accusativus sequi debent, non alius, ut vae populo Maurorum et vae populum Maurorum.

Salmenta proferre non timeas, quia latinum est.

Duo tanta ac tria tanta, duplum ac triplum, veteres in usu habuerunt.

Omne animal pecus est homine excepto vocitatum.

Mox aliam ordibor et ordiar telam: utroque modo veteres dixerunt.

Hic culleus, hic pluteus puteus cuneus laqueus postis margo veper vel vepres masculina sunt. hic cardo, hic axis modius sextarius, hic congius, hic corbis, hic gladius, sanguis, venter aqualiculus, hic vectis, hic flos ros pons.

hoc lutum atque macellum ἑνικῶς [singulariter] exire memento,
Memmius ista macella licet, Caesar luta dicat.

rete hoc dices, haec retia pluraliter: reticulum ac reticula usurpandum. omnia nomina in nis finita masculina erunt, veluti hic finis crinis cinis

---

1 Ne quidem — 2 sit *om. B* potest] potens *priore loco C* 2 disiunctum *C* distinctum *M* 3 uir praetorius non praetoricius et quaestorius non quaestoricius dicendum *C* aut] et *B* 5 Pulchra libornica non pulchra liburna dicendum *C* 6 Uae datiuos et accusatiuos sequi debent (ent *ras.*) non alius (*corr.* -os) *B* debet *M* 8 Salsamenta *BC*. quaerendum est, quo modo Donatus dicat barbarismum esse, siquis dicat salmentum pro salsamentum, cum Caper antiquissimus doctor dicat 'salmenta ne timeas proferre, quia latinum est' *excerpta codicis Monacensis gramm. lat. v. V p. 327, 14* 10 pecus homine excepto uocitatum est *M* pecus homine excepto uocitandum est *C* pecus excepto homine uocitandum est *B*: *cf. Serv. in Verg. georg. IIII 168* pecus vetuste dixit, cum omnia animalia pecus dicantur, *Non. p. 460, 1* 11 Mox aliam telam ordibor et ordiar telam *B* mox alium ordibo et ordiar telam *C* veteres *om. M*, *add. BC* 12 culleus] acculeus *B* [a]culeus *C*: *cf. de dub. nom. 576, 19 Non. p. 197, 22* veper] uesper *M*: *cf. de dub. nom. p. 574, 19* 13 sextarius congius orbis gladius *BC*. corbes *de dub. nom. 574, 11 Non. p. 197, 24* [x]sestarius *M* 14 aquilicus *C et adscripto in margine* aquiliculus *B* hic uestis flos *B* 16 atque *om. C* ἑνικῶς *om. BCς*, *add. M* 17 Memmius — dicat] licet memmius ista macella caesar (macella et cesar *B*) luta dicat *BC* licet ennius ista macella caesar luta dicat *M* licet Ennius ista macella dicat et Caesar lutea ς licet Memmius ista macella dicat et Caesar luta *p. C. Memmio Gemello et C. Iulio Caesari Straboni verba tribuit H. Meyerus orat. Rom. fragm. p. 426 ed. sec.* 18 reticulum ac reticula *BC* retiaculum ac retiacula *M* 19 omnia nomina nis finita masculina sunt ut hic finis crinis cinis amnis *C* omnia nomina in is finita masculina sunt ut hic funis crinis amnis cinis *B*. *cf. Charis. p. 101, 7* clunes — sed Verrius Flaccus masculino genere dici probat, quoniam nis syllaba terminata anima carentia nominativo singulari masculina sunt, ut panis cinis crinis et similia: *Priscian l. V p. 159, 27, Serv. in Verg. Aen. II 554*

p. 2244 P.

[canis] amnis. hic radius, non hoc radium. † ille sal aspersus musarum est: non erit hoc sal haeve sales, sed hic sal ἑνικῶς erit quod edimus, hi sales pluraliter urbanitatis alicuius. hic pulvinus mollis.

Idem producte refertur ad personam masculini generis etiam in plurali numero, ut idem lupus et idem lupi. idem correpte neutri *est* et ad rem refertur, ut idem scamnum et idem rus.

Mi Paula et mi Aemilia non dicendum, quia mi masculini est generis pronomen, non feminini, et ortum est a prima positione meus; sed dicendum mea Paula et mea Aemilia, o meum caput, o meumque brachium.

Nec non [et] ille soloecismus [est], ubi dicier audis
'omnibus maior et melior', cum syncrisis omnis,
alter ubi est, fiat, praelatio vero, ubi plures [sunt].
ergo 'illustrior *est* luna sol'; 'omnibus astris'
haud dices, 'cunctorum autem illustrissimus hic est'.

similiter 'multo est hic dignior illo', 'dignissimus illorum', non 'dignior illorum' dicendum est. sic potior e duobus, potissimus omnium; primus ex multis, prior e duobus dicitur.

---

1 ille sale (ille sane *B*) aspersus est musarum non hoc sal uel sales sed hic erit sal quod . . . edimus hi (quod de.mus hii *corr.* quo edimus hii *C*) sales pluraliter urbanitatis alicuius *BC* ille sal aspersus musarum est non hoc sal: uel hae sales: sed hic sal erit: quidem dicimus hii sales pluraliter urbanitates alicuius ς. Caper dicit ille sal aspersus musarum, non erit hoc sal et hae sales (sale *cod.*), sed hic enicos, id est in singulari, erit quo edimus. item hi sales pluraliter urbanitatis alicuius, ut sales infusi (intussi *cod.*) adhaerescunt *grammaticus Bernensis Hagen anecd. Helvet. p. 111, 28: cf. Charis. p. 106, 11 Prob. p. 209, 21 explan. in Don. p. 542, 12 Serv. in Verg. Aen. I 35.* sal aspersus musarum *unde petitum sit, non constat. reliqua restituto hexametro versu ita fere corrigi poterant*, non erit hoc sal haeve sales, ἑνικῶς erit hic sal. quod dicimus hi sales pluraliter, urbanitatis alicuius est. 4 *fortasse* idem producte masculini generis est et ad personam vel ad rem refertur etiam in plurali numero, ut idem lupus et idem lupi, idem correpte neutri singularis tantum numeri et ad rem refertur producte] ducte *in initio versus B* generis est etiam *M* 5 et idem lupi *om. BC* est *om. MBC* 6 et *post* scamnum *om. BC* 7 generis masculini est *B* masculini generis est *C* 8 non feminini *om. M*, *add. BC* meus *MC* mius *Bc* sed dicimus *BC* 9 mea emilia meum caput (et *add. B*) meum brachium *BC* 10 nec non et ille *MB*ς et ille *C* (nec non *suprascr.*) nec non ille *p* est *om. BC*ς dici .er. audis *B* 11 omnibus et maior et melior *BC* omnibus maior et melior animi ς. *fortasse* omnibus hic maior melior cum sinerisis (sineres is *B*) omnis alter ubi est fiat praelatio uero (uerbo *B*) ubi plures ergo *BC* cum syncrisis omnis alter fiat ubi est comparatio praelatio uero ubi plures sunt ergo *M* 13 inlustrior luna sol omnibus astris *C* inlustrior luna solemnibus astris *Bc* inlustrior sol omnibus astris *M* 14 dicis *corr.* dices *B* inlustrissimus .ut. est similiter multo *BC* inlustrissimus est similiter autem multo *M* 15 non dignior illorum *om. BC*ς, *add. M.* 16 potior e duobus] potior ex duobus *C* potior ex duobus dicitur *c* potius e duobus dicitur *B* potissimus — dicitur *om. C* primus de multis *B*

p. 2244. 45 P.

